



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

O 2 European Latin Language Certification – Basic Level

Multimedia Practical Tools

EXERCISES

(Italian Version: 31.01.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

A2 De rei publicae primis annis [Eutropio]

Feruntur Q. Marcii, Fabiorum et Cincinatti res gestae. Primus contra patriam suam pugnavit, sed ob matris et uxoris lacrimas Romā cessit. Secundi in bello contra Veientes, quod soli gerere volebant, perierunt, tertius ab agricola dictator factus, hostes exercitum Romanum obsidentes in monte Algido vicit.



1 Octavo decimo anno postquam reges electi erant¹ expulsus ex urbe Q. Marcius, dux Romanus,
2 qui Coriolos ceperat, Volsorum civitatem, ad ipsos Volscos contendit iratus et auxilia contra
3 Romanos accepit. Romanos saepe vicit, usque ad quintum miliarium² urbis accessit,
4 oppugnaturus³ etiam patriam suam, legatis **qui** pacem petebant, repudiatis⁴, nisi ad **eum** mater
5 Veturia et uxor Volumnia ex urbe venissent, quarum fletu⁵ (...) superatus removit exercitum.
6 Atque hic secundus post Tarquinium fuit, qui dux contra patriam suam esset.
7 C. Fabio et L. Virginio consulibus trecenti nobiles homines, qui ex Fabia familia erant, contra
8 Veientes bellum soli suscepérunt, promittentes senatui et populo per **se** omne certamen
9 *implendum*. Itaque profecti, omnes nobiles et qui singuli magnorum exercituum duces esse
10 deberent, in proelio conciderunt. Unus omnino superfuit ex tanta familia, **qui** propter aetatem
11 puerilem⁶ *duci* non potuerat ad pugnam. (...)
12 Sequenti anno cum in Algido monte ab urbe duodecimo ferme⁷ miliario Romanus obsideretur
13 exercitus, L. Quintius Cincinnatus dictator⁸ est factus, qui agrum (...) manibus suis colebat. Is cum
14 in opere et arans⁹ esset inventus, (...) *togam praetextam*¹⁰ accepit et caesis hostibus liberavit
15 exercitum.

¹ Electi erant (Eicio, -is, -ieci, -iectum, -ëre) = expulsi erant



² Miliarium

³ Oppugnaturus (oppugno, -as, -avi, -atum, -are) = aggressurus/obsessurus

⁴ Repudiatis (repudio, -as, -avi, -atum, -are) = non acceptis

⁵ Fletu (fletus, -us, m.) = lacrimis

⁶ Aetatem puerilem = Aetatem eius qui puer est

⁷ Ferme = fere

⁸ Dictator, -is, m. = Magistratus qui in discrimine totum imperium habet

⁹ Arans (aro, -as, -avi, -atum, -are) = colens



¹⁰ Togam praetextam = vestem qua sumnum magistratum tegit | Legati togam praetextam Cincinnato praebent

Esercizi di comprensione testuale

Es. 1: Metti le sequenze nell'ordine corretto secondo quanto hai letto e cancella le due che non appartengono alla trama del testo

- 1.Q. Marcius audivit matrem et uxorem
- 2.Romanus exercitus in monte Algido vix victus est
- 3.Cincinnatus ad agrum suum reversus est
- 4.Q. Marcius a Romanis ad Volscos defecit
- 5.Q. Marcius a civibus interfectus est
- 6.Romani Cincinnatum summum magistratum elegerunt
- 7.Q. Marcius cum auxiliis contra Romanos movit
- 8.Cincinnatus magistratum gessit
- 9.Multi viri ex Fabia familia contra Veientes soli bellum intulerunt
- 10.Q. Marcius ab urbe milites removit
- 11.Omnes Fabii qui duces erant in pugna mortui sunt
- 12.Romanus exercitus a dictatore liberatus est

Oppure

Es. 2: Scegli il riassunto corretto (**in alternativa: scegliere il riassunto corretto e sottolineare le parti errate negli altri**)

- A. Coriolis captis, Q. Marcius Romā expulsus est et, iratus, cum Volscis contra Romam ipsam movit. Voluit tamen legatos de pace accipere et postquam matris coniugisque lacrimas viderat, Romam reversus est. Trecenti Fabii promiserunt senatui et populo Romano se contra Veientes solos pugnatores esse, sed perierunt in bello. Nemo ex Fabiis qui exercitum ducere poterat superfuit. Dum Romanus exercitus duodecimo fere miliario ab urbe obsidetur, Cincinnatus, dictator factus, hostes vicit et eum liberavit.
- B. Coriolis captis, Q. Marcius Romā expulsus est et cum Volscis contra patriam suam movit. Noluit pacis condiciones accipere, sed, postquam matris coniugisque lacrimas viderat, Romā cessit. Trecenti Fabii promiserunt senatui et populo Romano se contra Veientes solos pugnatores esse, sed perierunt in bello. Unus ex Fabiis, qui puer erat ideo in proelium non iverat, superfuit. Dum Romanus exercitus duodecimo fere miliario ab urbe obsidetur, Cincinnatus, dictator factus, hostes vicit et eum liberavit.
- C. Coriolis captis, Q. Marcius Romā expulsus est et, iratus, contra Volscos movit. Noluit pacis condiciones accipere, sed, postquam matris coniugisque lacrimas viderat, Romam reversus est. Trecenti Fabii promiserunt senatui et populo Romano se contra Veientes solos pugnatores esse, sed perierunt in bello. Nemo ex Fabiis domi mansit aut superfuit. Dum Romanus exercitus duodecimo fere miliario ab urbe obsidetur, Cincinnatus, dictator factus, hostes vicit et eum liberavit.
- D. Coriolis captis, Q. Marcius dictator factus est sed cum Volscis contra patriam suam movit. Noluit pacis condiciones accipere, sed, postquam matris coniugisque lacrimas viderat, Romā cessit. Trecenti Fabii promiserunt senatui et populo Romano se contra Veientes solos pugnatores esse, pauci perierunt in bello. Qui ex Fabiis puer erat ideo in proelium non iverat, superfuit. Dum Romanus exercitus tertio fere miliario ab urbe obsidetur, Cincinnatus ab hostibus victus est sed milites liberavit.

Oppure

Es. 3: Completa la parafrasi flettendo correttamente gli elementi posti in calce al testo

Aliquot annis post reges _____, Q. Marcius, dux Romanorum, in exilium pulsus est et, quamquam hostis Volscorum fuerat, ad eos defecit petens ab eis auxilia contra patriam suam. Romanorum exercitos saepe superavit et aggressurus erat Romam, cum legati de pace ad eum venerunt. Marcius eorum

condiciones non accepit, immo cum eis _____ noluit, et mater uxorque solae _____ suaserunt ut copias a civitate moveret. C. Fabio L. Virginio consulibus multi ex Fabiis voluerunt cum Veientibus bellum gerere; putabant se solos hostes superaturos esse, sed omnes interfecti sunt. Superfuit unus, qui adhuc puer in proelium ire non potuerat. Brevi tempore post illam _____, Romanae copiae in monte Algidio oppugnabantur, cum senatus Cincinnatum dictatorem fecit. Is inventus est dum agrum suum colit; statim _____ terram arare, togam praetextam accepit et exercitu Romano rursus _____ dedit.

Clades, -is, f.	Is, ea, id
Desino, -is, -sii, -situm, -äre	Libertas, libertatis, f.
Exigo, -is, -egi, -actum, -äre	Loquor, -eris, locutus sum, loqui

Es. 4: Scegli Verum (V)/Falso (F)/ Non cognoscitur (NC)

Volsci cum Q. Marcio Coriolos vicerunt et urbem cuperunt	V	F	NC
Postquam in exsilium pulsus erat, Q. Marcius saepe exercitum Romanum superavit	V	F	NC
Q. Marcius noluit matrem et uxorem audire	V	F	NC
Q. Marcius a Voscis occisus est, postquam Roma reversus est	V	F	NC
Unus ex Fabiis in proelio contra Veientes occisus est	V	F	NC
Cincinnatus post victoriam consul factus est	V	F	NC

Es. 5: Scegli la risposta corretta:

1. Quando Q. Murcius Coriolos vicit?
 - a. Antequam reges expulsi sunt
 - b. Postquam ad Volscos defecerat
 - c. Priusquam in exilium actus est
 - d. Postquam Roma exercitum moverat
2. Quid evenit cum legati ad Q. Marcius iverunt?
 - a. Q. Marcius eos audivit
 - b. Q. Marcius cum eis de pace non egit
 - c. Q. Marcius eis iniuriam fecit
 - d. Auctor id non dicit
3. Quis est Veturia?
 - a. Quae Q. Marcius genuit
 - b. Ea quam Q. Marcius uxorem duxit
 - c. Quae persuasit Q. Marcius ut contra Romam iret
 - d. Quae persuasit Q. Marcius ut ad Volscos deficeret
4. Cur auctor Tarquinium memorat?
 - a. Quia Q. Marcius pater est
 - b. Quia unus ex legatis est
 - c. Quia sic ut Q. Marcius contra patriam suam ivit
 - d. Quia dux Volscorum est
5. Qui sunt Q. Fabius e L. Virginius?
 - a. Duo ex Fabiis qui contra Veientes bellum tulerunt
 - b. Qui soli ex Fabiis in proelium mortui non sunt
 - c. Qui Fabiis suaserunt ut soli contra Veientes moverent
 - d. Qui consules erant cum Fabii contra Veientes moverunt
6. Quis est L. Quintus Cincinnatus?
 - a. Qui contra Veientes bellum gessit
 - b. Qui noluit dictator fieri

- c. Qui exercitum obsessum liberavit
- d. Qui cum Volscis pugnavit

Oppure:

Es. 6. Collega le due frasi, una per colonna, nel modo corretto:

1. Q. Marcius in exsilium pulsus est	A. Quia cum Veturia flens ad exercitum ivit
2. Legati Romani cum Q. Marcio de pace agere volebant	B. Quamquam Corioli capti sunt
3. Volumnia Q. Marcio suasit	C. Cum senatui promisissent solos hostes victuros esse
4. Q. Marcius tandem Romam liberavit	D. Priusquam hostes in monte Algido vicit
5. Fere omnes Fabii una occisi sunt	E. Quia matris et uxoris lacrimis motus est
6. Cincinnatus a toga praetexta tectus est	F. Sed audit non sunt

Esercizi di grammatica (competenza linguistica)

Es. 7: Sostituisci il pronome con il referente, secondo l'esempio.

R. 4: *Qui* = **Legati**

A. R. 4: Eum = _____

B. R 8: Se = _____

C. R. 10. Qui = _____

Es. 8: Scegli la risposta esatta:

1. R. 2: *Qui* è:
 - a. Relativo
 - b. Indefinito
 - c. Interrogativo
 - d. Nesso relativo
2. R. 4: *Repudiatis* è:
 - a. Particípio dativo
 - b. Particípio ablativo
 - c. Aggettivo dativo
 - d. Aggettivo ablativo
3. R. 9: *Implendum* è.
 - a. Gerundio
 - b. Gerundivo
 - c. Particípio
 - d. Aggettivo
4. R. 11: *Duci* è:
 - a. Dativo singolare
 - b. Ablativo singolare
 - c. Indicativo perfetto
 - d. Infinito presente
5. R. 13: *Sequenti* è:
 - a. Nominativo plurale
 - b. Genitivo singolare
 - c. Dativo singolare
 - d. Ablativo singolare
6. R. 13: *Cum* è:
 - a. Proposizione
 - b. Congiunzione coordinante

- c. Congiunzione subordinante con l'indicativo
- d. Congiunzione subordinante con il congiuntivo

Es. 9: Trasforma le frasi secondo quanto suggerito:

- A. R. 1: Octavo decimo anno postquam reges electi erant (...) Q. Marcius (...) ad ipsos Volscos contendit.

Octavo decimo anno cum reges _____ (...) Q. Marcius (...) ad ipsos Volscos contendit.
(cum narrativo)

- B. R. 1: Expulsus ex urbe Q. Marcius (...) ad ipsos Volscos contendit.

Q. Marcius qui ex urbe _____ (...) ad ipsos Volscos contendit.

- C. R. 3: Romanos saepe vicit.

Auctor dicit Q. Marcius Romanos saepe _____.

- D. R. 4: Accessit, oppugnaturus etiam patriam suam.

Accessit etiam ad patriam suam _____.

- E. R. 12-13: Cum in Algido monte ab urbe duodecimo ferme miliario Romanus obsideretur exercitus, L. Quintius Cincinnatus dictator est factus.

Dum in Algido monte ab urbe duodecimo ferme miliario Romanus _____ exercitus, L. Quintius Cincinnatus dictator est factus.

- F. R. 14: Caesis hostibus, liberavit exercitum.

Postquam hostes _____, liberavit exercitum.

Esercizi sul lessico:

Es. 10 Trascrivi in NOMINATIVO tutti i SOSTANTIVI del brano che riguardano la guerra (NON la pace) e la vita politica. L'esercizio è iniziato

Guerra	Vita politica
Dux.....	Rex/reges....

Es. 11: Collega ciascun termine al proprio sinonimo: attenzione TRE parole della prima colonna NON hanno un sinonimo nella seconda e viceversa.

1. urbs	A. domus
2. iratus	B. parens
3. rex	C. filius
4. patria	D. coniunx
5. legatus	E. imperator
6. mater	F. cives
7. uxor	G. itus
8. exercitus	H. oppidum
9. dux	I. copiae
10. populus	L. furens
11. certamen	M. proelium
12. profectus	N. superstes
13. inventus	O. mortuus